Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Regum

nisi tredecim altitudinis cubiti. Item dicitur in littera quod possa quod linea xiij cubitorum ambiebat columnam vna vt supra declaratum est ex quibus sequitur quod linea mensurans longitudinem columne capitello exceptio quod excedebat lineam mensurante grossitiem eius nisi in vno cubito tum et hec forma columne esset valde videtens. Tamen omnes doctores tam hebraici quam latini dicunt quod iste columne erant positem porticu templi tum ad decorem quia non minuit quod porterent aliquid cum quia erat intra parietes porticus cum in superiori parte erat opus quasi lilij ut predictum est quod non est opus dispositum ad aliquid portandum sed solum ad decorem et ideo dicendum sicut plus quod quelibet columna erat altitudinis xij cubitorum. Ad illud quod obiicitur de textu supra posito xxiiij cubitorum altitudinis columna vna. Dicendum quod loquitur de altitudine scapitis tantum ut supradictum. Ad illud quod inducitur de primo tabulato templi dicendum quod secundum hebreos hoc nullum est in quemcumque in parte templi anteriori non erat deambulatorium. Potest etiam dici quod non sequitur quod excederet primum tabulatum quia porticus erat in declinii montis et per gradum in templum ascendebat et columpne ille erant in inferiori parte porticus ita quod ita erat ibi demissior quinque cubitis quam paximetum templi. Notandum etiam quod Petrus sa. et alij doctores hebrei habent aliam ymaginationem totaliter de istis capitellis. Dicunt enim quod capitella ista erant duo grossi pomelli supercapita ductum columnarum magis lati quam alti sicut solent fieri in camporum summitatibus et in alterius parte vnus eiusdem pomelli exterius erant duo circuitus malogranatorum vno super alio subter et in qualibet circuitu et malogranata et quia duo malogranata facient vnum ordinem ut predictum est et ita ibi erant ordines malogranatorum in capitella cuiuslibet columne et ita ordines in duabus columnis et in hoc differt ista ymaginatio a precedenti quia pot. et ordines malogranatorum in qualibet columna ut predictum est. In superiori vero parte huius pomelli erat opus quasi lilij et a pede huius operis descendebat opus per modum rethis factum descendens usque ad inferiora malogranata